

SCRIPTA

Numéro Scripta : 6511

Autre(s) référence(s) : Bates 166

Auteur(s) : Guillaume Ier le Conquérant, Angleterre (roi)

Bénéficiaire(s) : Le Bec-Hellouin, Notre-Dame (abbaye)

Genre d'acte : pancarte

Authenticité : non suspect

Datation : 1077

Action juridique : confirmation

Langue du texte : latin

Analyse

Pancarte relatant les donations faites à l'abbaye du Bec et souscrite par Guillaume [Ier], roi d'Angleterre.

Tableau de la tradition

Éditions principales

- a. Porée Adolphe-André (Chanoine), *Histoire de l'abbaye du Bec*, Évreux, Hérissé, 1901, 2 vol., t. 1, p. 645-649.
- b. Bates David, *Regesta Regum Anglo-Normannorum*, the Acta of William I (1066-1087), Oxford, Clarendon Press, 1998, n° 166, p. 550-558.

Dissertation critique

Datation proposée par D. Bates (voir BATES, *Regesta Regum Anglo-Normannorum*, p. 553).

Texte établi d'après b

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Amen. Beccensi coenobio sancte Dei genetricis Marie dederunt vel vendiderunt subscripti. Guillelmus rex Anglorum, tunc tantum dux Normannorum, filius Roberti comitis, decimam denariorum totius census Brionne ; partem quam cohaeredes Baldrici habebant in Servavilla cum omnibus consuetudinibus de ipsa villa ad se pertinentibus ; licentiam faciendi burgum circa coenobium ; ecclesias de Algia que fuerunt comitis Gisleberti, quas habebat in suo dominio, et decimas. Herluinus filius Ansgoti abbas eiusdem coenobii, tertiam partem Borneville, et Surcei, et Cavillei ; totum Sarnaium ; quod habuerat mater eius. Gislebertus comes, servitia alodiorum fratrum Herluini abbatis ; aquam Risle a vadis usque sub Ponte Altoi ; quod habebat in Malavilla ; molendinum Normanni. Baldricus, quod habebat in Salvarvilla et Ermentruvilla in mareshboht. Drogo filius Rodulfi, quod pater in alodum ubique habebat, consensu Roberti Gaufridi filii. Escalwisus Ildeberti filius, quod habebat in Becco, preter domum et molendinum, et quod habuit Surcei. Guillelmus comes de Augio, terram Escalwisi filii Rodulfi Goscelini venatoris. Terram quam habuerunt filii Turstini a domo Escalwisi usque Calvomontem commutavit abbas Becci, concessu abbatis Gemetici Robertis et capituli. Guido comes, de vicina silva quod separat via ab ecclesia sancti Martini per criptam Senseu usque Novam villam ; aquam a parco usque ad fontem eiusdem aque, cum sanguine, teloneo, cunctis consuetudinibus ; hagiā de Monte Malo. Hugo filius Wascelini, ecclesiam Fraisnose, tertiam partem decime, duos hospites, terram quam ibi in dominio habebat, medietatem pratorum ad se pertinentium, duas tertias partes gorgi, in Ulmo duos hospites, decimam tertie partis ville. Gislebertus et Hugo filii Ogerii, duas partes ecclesie et decime Fraisnose. Ascelinus filius Rogeri, ecclesiam Buxeti, decimam, hospitem unum, terram ad unam carrucam, concessu Hugonis de Monteforti, quod

habebat in ecclesia et decima de Maretot, residuum Baldricus frater eius. Ricardus de Harolcurt, quod habebat ad Siccas Fontanas. Ivo, quod habebat in Apletot. Ricardus filius Herluini concessit quod Ivo de Apletot dedit in ecclesia et decima sancti Germani et decima sancti Cristofori. Adda, filia eiusdem Ricardi, cum viro suo Guillelmo, concessit que data erant de iis que ad se tenebant. Rogerius de Bellomonte, decimam de silva Brionnii, nisi quod dederat ecclesie de Novoburgo. Robertus filius Anshitilli, decimam Haie de Tilio. Guido de Gloz et Ansereda uxor eius, quod habebant in Tierevilla et Fontancurte de Rogerio de Bellomonte. Rogerus filius Toroldi, servicium de alodiis Drogolini et Escalwisi filii Ildeberti. Iohannes filius Rodulfi comitis ecclesiam sancti Georgii de Veuvra cum decima, decimam de eodem burgo et XII hospites, aquam, domus, insulam que est a Ponte Altoi usque ad molendinum episcopi Ebrouicensis, terram Walcoi de Livehc. Ricardus filius Gisleberti comitis, ecclesias de Orbec et Benefacta cum decimis, et de Luceio, decimam telonei de Orbec, et quod Guillelmus Calcion dedit in ecclesia de Avenis cum decima et terram sacerdotis, et in Fulgereto. Balduinus frater eiusdem Ricardi, decimam de Bosco Rannulfi, terram unius carruce in Sapo, decimam Scollandi de Molis. Robertus filius Gradulfi, quod habebat Hairan. Guillelmus filius Turgisi, moltam de Bervilla excepta domo Rogeri de Toit. Guillelmus filius Geroi, villam que dicitur Rosseria, sedem unius molendini in Colvilla. Hugo de Bolbec, dimidiam moltam de Bosco Girardi. Hugo de Gornaco et filius eius Girardus, dominium suum in eadem villa, excepto bosco qui dicitur Ramerius et bosco sub domo Rodulfi. Guillelmus de Britolio concessit ea que pater eius Guillelmus dederat, id est quod habebat de illo Rogerius filius Helgoti, Robertus filius Ebrouini, Robertus Manducans, Robertus Ricuzonis, et quod habebat in leuga Brionnii, et quod Guillelmus Crispinus dederat de his que ab eo tenebat, et dedit unam domum in Ponte Sancti Petri cum omnibus consuetudinibus. Rogerus filius Helgoti omnem terram suam, preter de Mareton et de Linbueht.

Guillelmus Crispinus quod de illo habebant Osbernus filius Walonis et Goiffridus canonicus Luxovii ; et in Cromanvilla Walo Britto ; in Bauzeio ecclesiam, decimam sui domini, et quod sui homines ibi dederunt ; decimam molendinorum suorum de Oeillia, de Bernaco ; decimam carruce sue de Falco ; ecclesiam de Livarot cum decima molendinorum et domini sui, et quod...aitardus de Roberto Crispino tenuerat ; in Strepineio decimam denariorum burgi, unum molendinum, unum hospitem, dimidium multe burgi ; clausum Blancardi post mortem Eve uxoris sue ; decimam omnium silvarum quas in Normannia habebat ; xl solidos de Blanzei et de theloneo Livaroht ; sextam partem molendinorum Pacei ; dimidium silve ibidem ad se pertinentis ; c solidos de Paceio ; xx de Strepineio, et decimam ibidem totius annone sue. Gualterius filius Vingoris in Blanzeio terram Rainerii ... ; in Livaroht decimam domini sui. Maurinus de Pino, terram Rogerii filii Girardi. Rainaldus filius Normanni, decimam de Coldreto. Odardus de Vernone, consuetudines de clauso Blancardi ; iuxta Blancardum tantumdem terre. Guillelmus Crispinus iunior, decimam molendini et sui domini quod habebat in Maisnillo Fulberti ; in Druolcurt ecclesiam ; decimam, et quod habebat ab eo Robertus Malcovernant ; unam domum in Livaroht cum cunctis consuetudinibus ; dimidium ecclesie et decime de Bornevilla ; alterum dimidium Ricardus filius Rainfredi. Hugo Pipart, quartam partem ecclesie de Tilio, duas acras terre, decimam omnium que ibi habebat. Gislebertus filius Rainaldi lxxx acras terre iuxta Tiliolum. Gislebertus Dastin, ecclesiam et decimam Durantville. Osulfus, decimam domini sui de Livaroht. Erchenbaldus de Faverolis, quod habebat de Ricardo filio Rainfredi. Rodulfus de Cromanvilla, suam partem ecclesie ipsius ville, decimam terre quam habebat sub strata. Hec omnia que Willelmus Crispinus maior dedit vel homines eius coenobio Becci concessit Guillelmus filius eius in ea que sui homines suo tempore dederunt. Gislebertus Crispinus, ecclesiam, decimam, moltam de Tilio ; ecclesiam sancti Hilarii de Tegulariis cum decima omnium reddituum ipsius ville, dimidium ferie, piscariam, licentiam piscandi per totam aquam, terram unius carruce, capellam de castello ; ecclesiam de Danvilla, decimam omnium reddituum ipsius ville, terram dimidie carruce, dimidium molendinorum, furnos eiusdem ville, terram Rainaldi Gotleurai. Lambertus de Tegulariis, terram ad unam carrucam. Gislebertus Guolt, xl acras terre in Maisnillo Herberti, concessu eiusdem Gisleberti Crispini. Berengarius Barsot, quod habebat in Pelevilla, eiusdem concessu. Rodulfus de Cunella et filius eius, aliquantulum terre in Tegulariis, et circa Danvillam circa dimidiam carrucam, eiusdem concessu. Robertus Malet, concessu eiusdem Gisleberti, sedem unius molendini in Maisnillo Goscelini, et acram terre unam, et viam ad molendinum. Pascua eiusdem molendini dedit Geroius de Scalfo, et ripam, et unam acram, et dimidiam terre quam Herfredus de Rolvilla contulerat. Emma de Condato, in Tiliolo ecclesiam, decimam, terram unius carruce, et terram Rodulfi de Livet. Petrus filius eius, dimidium residui eiusdem ville de Tiliolo, excepta molta, unum molendinum in Apevilla. Fulco de Alno, iuxta sanctum Julianum terram unius carruce, unum molendinum, ecclesiam de Mesnillo Scimunt, et terram quam habebat Ivelinus in eadem villa. Albereda soror Fulconis, terram Groisselers. Guillelmus de Paceio, in Maisnillo Scimunt circa novem acras terre. Hadwis mater ipsius, eiusdem concessu, in Calceisse villa terram unius carruce, et quod Hunfredus de Merai ibi habebat ab ea. Gualterius Broc, terram suam in valle iuxta Brotonam.

Comes Simon, tertiam partem aque de Wellebuoht, quantam pertinet ad piscationem et ad forisfacturas furti vel ablationis piscium. Guillelmus filius Ascelini, ecclesiam Bosci Ascelini cum decima. Giroldus de Vernone, unum arpentum vinee. Osmundus faber de Vernone, iiii arpentos vinee, ii molendina, iiii gorgos, unam domum. Anschitillus grammaticus cum uxore et prole sua, consuetudines quas habebat in rebus quidem Osmundi. Has donationes Vernonensium Guillelmus de Vernone concessit, et dedit consuetudines quas ibi habebat, et quatuor arpentos vinee in plantis de Bucolen, et ut res prefati coenobii sine omni exactione transeant per potestatem ipsius castri. Hugo de Grentemaisnillo, ut res ipsius monasterii per Novum Mercatum sine exactione transeant, quantum ad eum pertinebat. Paganus de Neelfa, in Marboth quod dedit Godefridus et Walchelinus frater eius et Guimundus cognatus eorum, et terram iuxta ecclesiam ad habitandum. Warnerius de Manmulinis, dimidium eorum que habebat in Manmulinis, et Alvredus dimidium quod frater eius ab eo tenebat, si frater eius concesserit. Gislebertus Crispinus, molendinum in Lonsaltu. Guillelmus Crispinus, terram unius carruce in Papia. Teudo de sancto Dionisio, quod Goiffridus de Berou dederat de iis que ab eo tenebat, et decimam de sua terra de Coheria et de bosco... et pastionem in eodem bosco. Guillelmus de Tornebu et Adda uxor eius et Guillelmus filius eius, quod habebant in ecclesia et decima de Cricheboht. Hugo filius Ascelini, terram Fulberti sacerdotis de Buxeto. Rogerius et fratres eius filii Croc, terram quam habebant in Furcis, et decimam de sua terra in Nazandis, et in bosco et in alneto. Paganus de Neelfa, decimam quam habebat in suo dominio in Marbueht. Goiffridus de Berou, cum sorore sua Agnete, ecclesiam de Donna Maria cum decima, et quod habebat in aqua Arve, et sedem molendini. S. Guillelmi + regis Anglorum. S. Matildis + regine. S. Rotberti comitis filii + eorum. S. Guillelmi + filii eorum. S. Lanfranci + Cantuariensis archiepiscopi. S. Odonis Baiocensis episcopi + et comitis. S. Rogeri de Bellomonte +. S. Guillelmi + Crispini. S. Milonis + Crispini. S. Guillelmi comitis Ebroicensis +. S. Ricardi filii Gisleberti comitis +. Testes confirmationis regis et Roberti filii eius in Londonia : Lanfrancus archiepiscopus Cantuariensis. Odo Baiocensis episcopus. Gislebertus de Wintonia. Osbernus de Escestra, Guido de Pont..., Guillelmus de Britolio, Guillelmus de Tornebu, Gualterius Broc, et multi alii.